

263a From Malton, Yorkshire; now (a. 1870) in Whitby museum. Litteris malis.

DEO MAR
RIGAE
SCIRVSOR
SAC VSLM

Descripti ex ectypo misso ab A. W. Franks. Lectio certa est.
Deo Marriscae Scirusor sac(erdos?) v(otum) s(oluit) l(ibens) m(erito)
Tam dei quam hominis nomina hic primum comparent.

263b From Malton, Yorkshire; in Whitby museum. Lapis parvus, litterae intra tabellam ansatam.

SANQV.

Descripti ex ectypo ab A. W. Franks misso. Lapis a dextra integer est, sed litterae corrosae.
Sangu[s]?

264 Malton, Yorkshire, Northriding; rep. a. 1753 in the Pye pits, over against the lodge, ad fluvium Derwent WARD. Mr. Percy Carr, mason, found it, and Mr. Horncastle, apothecary, got it for Dr. Swinny GOUGH. Ubi servetur nescio.

D · M
A V R · M A
CRINVS · EX
EQ · SING · AVG

I. Ward *philos. transact.* 49, 1755 p. 69 tab. 3 fig. 1; Goughs Camden 3 p. 326 (inde Newton p. 114, 76a).

2 AV Ward.

D(is) M(anibus). Aur(elius) Macrinus, ex eq(uite) sing(ulari) Aug(usti)....

265 Norton, prope New Malton, Yorkshire; rep. a. 1814 in effodiendis fundamentis ecclesiae novae; lapis longus est dig. 13, altus 8, it appears to have been inserted in a building as one of the walling stones. Titulus margine inclusus est in formam tabellae ansatae.

FELICITER SIT
GENIO LO · C · I sic
SERVULE · VTERE
FELIX TABERN
5 AM AVREFI
CINAM

Gent. mag. 84, 1814 p. 646; C. R. Smith *proceedings of the soc. of ant.* 2, 1849—53 p. 187 (inde Wright *the Celt* p. 247).

Feliciter sit Genio loci. Servule, utere felix tabernam aureficinam

266 Within a cornfield of Est Nesse, the lordship of Mr. Crathornes, in the weapon take of Rhydale in the county of Yorke, there was a coffin of free stone, 2½ yards in length, 3 quarters broad, digged up with a plough about 3 years since, with a cover thereon very cosely filled, 3 quarters deep within the ground, the endes there of standing North and South contrary to the use of our tymes; within it were bones of men, and the outside there of these wordes engravde very faire, taken out by me Roger Dodsworthe, June 2, 1619 CAMD. Eastness prope Howingham, where it remains GOUGH.

TITIA · PINTA · VIXIT · ANN · XXXVIII ·
ET · VAL · ADIVTORI · VIXIT · ANN · XX ·
ET · VARIOLO · VIXIT · ANN · XV · VAL ·
VINDICIANVS · CONIVGI · ET · FILIS ·

5 F · C

1 PINTIA Gough. — 3 VARIOLO Camd. — 4 CONIVGE, FILIIS Gough.

Camden in exemplo suo Britanniae, quod servatur Oxonii in bibl. Bodleiana p. 578; inde Th. Gale itin. Ant. p. 26 'ex schedis Camdenianis'; Horsley p. 314; Th. Gill vallis Eboracensis p. 246; Goughs Camden 3 p. 328.

267 Hazlehead (prope Egton et Whitby, Yorkshire, Northriding), ad viam Romanam, rep. in the foundation of the western wall of the enclosure.

ILVIVILVX

Young *history of Whitby* 2 p. 703.

268 Ravenhill, inter Whitby et Scarborough, ubi servabat YOUNG; rep. a. 1774 ab operariis Childs capitani, cum effodiebant fundamenta aedium Ravenhill-Hall. Servatur in the Withby museum. Lapis longus est dig. 22, altus 15.

IVSTINIANVS PP
VINDICIANVS
MASBIERIVPR
MCASTRVMEFCI

5 A · C

Watkin. V. 2 a (pro ci) in lapide est. 4 EECL. 5 A · O vel A · CI.

Exempla omnia consentiunt vel potius unius apographa sunt. In fine non integram esse non indicatur. Explicationem, quam proposui exempli gratia, scio incertissimam esse. Litterarum formae ad saeculum quintum sextumve ducunt.

Iustinianus p(rae)p(ositus)? Vindicianus m(agister)? a[r]biteriu pr(ae)positi m(ilitum)? castrum fecit a[nn]o.....

V. 3 masbiteriu fortasse barbare scriptum pro magisteriu.

Comparavit Mommsenus titulum saeculi quinti in Pannonia inferiore repertum C. I. L. 3, 3370:

Fl(avius) Iovinus ex p(rae)p(posito) militum Historicorum et Fl(avius) Paulus biarcus pater et filius domum a fundamentis iusserunt fabricari.

XXIV. BROVGH prope Bainbridge (VIROSIDVM?). THORNBOROVGH et Catterick (CATARACTONIVM?)

Tituli duo (n. 269. 270) prope Burgh (nunc Brough) ad Yore fluvium reperti et a CAMDENO solo servati una cum aliis antiquitatis vestigiis docuerunt castra ibi fuisse Romana, quibus 'Bracchii' nomen dari solet ipso Camdeno auctore ab antiquariis Britannis propter titulum n. 270 non recte intellectum (cf. Goughs Camden 3 p. 256. 331; Horsley p. 313). De cohorte VI Nerviorum dictum est in adnotatione tituli modo indicati. Cum notitia (p. 115* 6 cf. Böcking p. 939*) Virosido ponat tribunum cohortis sextae Nerviorum, quae in titulo (n. 269) hic reperto nominatur, neque aliunde quicquam de situ Virosidi tradatur, nihil obstat, quominus castris illis nomen Virosidi fuisse coniciamus, quanquam negari nequit

cohortem illam potuisse stativa mutasse inter saecula alterum ad quintum; ut saepe accidit.

Inde versus occidentem ad Swale fluvium non procul a Richmond oppido Thornborough situm est, ubi castrorum reliquiae conspicuae sunt (cf. Goughs Camden 3 p. 258. 336; Archaeologia 10, 1792 p. 54 ss. 15, 1806 p. 392) vicusque in vicinia situs Catterick cum ponte Catterick bridge creduntur non sine probabilitate nomen Cataractonii servasse, cuius oppidi meminerunt Ptolemaeus (2, 3, 16 Κατορακτόνιον), itinerarium (p. 465, 2 Cataractoni, 468, 2 et 476, 2 Cataractone), Ravennas (5, 31 p. 431, 15 Cactabactonion). Horsleius nihil ibi titulorum potuit indagare